UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63232

Visual Library

1 Titulum poſſeſſionis ſuæ nemo oſtendere tenetur.l.co
gi.C. de pet. hætedit.l.fin. C. de rei uend.l. extat decre
tnm.ff.de iure fiſc. & l.ij.ff. de probat.§. commodum inſt.
de interdict. & l. poſſeſſiones, & l. ſiue poſſidetis. C. de
probat. cum aliis.

1 Fallit in feudalibus titulis ſi dominus hoc requirit, &
ille qui eſt requiſitus fatetur eſſe uaſſallum. ſecundum
Iacob. Ardui in ſua ſumma, in tit. quib.mod.feud.amit.§.
item ſi dixerit uaſſallus, & in c.i cum autem. in ij.not.de
contro.inueſt.& ibi Affl. & deci.265.nu.86. & 87. Bar. in
l.i.C.de condux.& procu. l.xij.& Bal.in c. ſi uaſſallus feu-
dum, ſi de feud.fuerit contro. inter dominnm, & agnat.
cum concord.

2 Fallit in ſpiritualibus, quia ad iudicis inſtantiam perti-
net intruſos in beneficiis non habentes titulum in dictis
beneficiis eos omnino repellere. ut c. ordinarij, de off.
ordin.in 6. quia ſpiritualia ſine titulo detineri nullo mo-
do poſſunt. Bal.in l.ciuile.C.de fur. Innoc.in c. ad noſtrã
de iureiur. Boe.q.89.nu.1.& 2. ubi uult ꝙ alicui nõ detur
poſſeſſio beneficii.titulo non uiſo, uel producto ꝙ nota,
& l.cogi col.ij.in princ.C. de pet.hæred. quia qui habet ti
tulum cæteris præfertur. ut Deci. c. licet cauſam nu.99.
de probat.cum concordant.

3 Fallit in rebus furtiuis, ſeu uiolentia poſſeſſis, quia ad
euitandam furti ſuſpicionem interrogatus reſpondere te-
netur quo titulo rem ipſam poſſideat. Ita Bal.in d.l.ciuile.
C. de furtis, & d.l.cogi. C. de pet. hæredit.

4 Fallit etiam in re litigioſa, quia lite pendente par-
tes nil debẽt innouare c.dilectus.§.quia uerſi. de appella.
Abb. & Felin. in c. dilectæ in Chriſto de except. col.ult.
quia alienatio nulla eſt, & ambo 5.empt.& uendit.puniun
tur pœna pecuniaria, fiſco applicanda, & banni ann.5. ut
in parte Rogat.1485. & maio.conſi.1533.ut in eis.

5 Farlit etiam quando factum eſt depoſitum in officio or
dinario uel in banchis, per agnatum, uel lateraneum in-
tendentem

tendentem præferri, iure prælationis, quia is contra quẽ factum fuit depoſitum tenetur de neceſſitate exhibere instrumentum, ut ſciatur, quanta uera quantitas pecuniarum deponenda ſit, ex forma ſtatutorum & ordinũ ex iure prothomiſin. diſponente, pro ut late ſcripſi in tractatu meo, de iure prothom. ꝙ not.

6 Fallit 6. in multis caſibus annotatis per doct. in auct. ſi quis in aliquo C. de edendo, & cano. in c. i. de fide instru. ubi ſi in instrumento emptionis camporum 12. fit mentio alterius instrumenti de alijs campis. tunc is talis tenetur exhibere etiam illud nominatum in prædicto primo instrumento, aliter non probat niſi exhibeatur. Ita Deci. in d. auct. num. 4. C. de edendo, ꝙ not. Boe. q. 281. nu. 5. 7. 8. 9. & 10.

REGVLA CCXVIII.

1 Titulum habens a malefidei poſſeſſore, an aliquo iuris titulo perſcribat. tu habes auct. malefidei poſſeſſore. C. de perſcr. longi temporis x. uel xx. annorum c. ſi diligenti. de perſcript. Affl. deci. 239. magna fuit. nu. 1.

1 Fallit in 8. limitat. poſitis: per Bart. Soci. in reg. 526. quas ſolito tuo ſtudio uidebis, & conſiderabis.

2 Fallit etiam quando titulus & documentum poſitum eſt ad publicas ſtridas, ſuper quibus nullus fuit legitimus contradictor, immo & pacifice & quiete ſunt tranſactæ, & tempora legitima ſunt decurſa, Ita ꝙ uiſum eſt ſapientibus ad audientiam denegandam, qui tanto tempore tacuit iuri uulgaribus.

3 Fallit in poſſeſſore poſt annos 30. quia illis elapſis, nullo modo poteſt allegari malafides, ut Bar. in l. fin. C. unde ui. Bal. in c. ſæpe. de reſt. ſpol. idem Bal. in l. ij. de pet. hæredit. Affli. deci. 240. nu. 3. Boer. q. 42. nu. 38. ubi dicit, ꝙ nec reale uitium furti, uel uiolentiæ impedit perſcriptionem longiſſimi temporis. l. cum hæres. ff. de diuerſ. perſcrip. c. cum quis in ius de reg. iur. in 6. & ibi Dyn.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN